Quelle: https://manuscripta.at/?ID=388
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

dam corruptela est mentis. fastidit quod dulce est. Ergo de hoc bene-
ficio. sicut de ceteris superiorib.' Confitantur ei misericordiae eius.' et mirabilia
eius filiis hominum. Et exaltent eum in ecclesia plebis. Et in cathedra seniorum laudent eum.
Et sacrificent sacrificium laudis. Nam cum ut laudet sua-
uis est dns. Et annuntient opa eius in exultatione. Non cum tedio. nec cum mero-
re. nec cum anxietate. nec cum fastidio. sed in exultatione. Quarta illa restat. in qua
omnes periitant. Omnes enim in naui fuerunt. Alii orant. alii portant. simul in
omnes et in tempestate periitant. et in portu saluant. Post hec enim omnia. sequi-
tur. Qui descendunt mare in nauib. facientes operationem in aquis multis. id est in
populis multis. Aquas enim sepe pro populis ponit. testis est apocalipsis iohis. ubi in-
terrogat iohs quid ille aque essent. responsum est ei. populi sunt. Qui quid faciunt ope-
rationem in aquis multis.' Ipsi uiderunt opa dni.' et mirabilia eius in profundo.
Quid enim profundi cordib; humanis. Inde plerique uenti erumpunt tempe-
states seditionum et dissensionum nauem perturbant. Quid agit in his. Volens
dns ut ad eum clamarent et hii qui gubnant. et hi qui portant.' Dixit et stetit
spiritus procellae. Quid est stetit. Permansit. prouauit. Adhuc turbat. diu iactat
seuit. et non transit. Dixit enim et stetit spiritus procellae. Et quid egit iste spiritus procellae.
Et exaltati sunt fluctus eius. Ascendunt usque ad celos audendo.' descendunt
usque ad abyssos timendo. Ascendunt usque ad celos.' descendunt usque ad abys-
sos. Foris pugne.' intus timores. Anima eorum in malis tabescebat. Turbati
sunt et moti sunt sicut ebrii. Qui sedent ad gubernacula. et qui fideliter nauem
amant. sentiunt quid dicitur turbatis et motis sicut ebrii. Certe quando loquun-
tur. quando legunt. quando tractant sapientes apparet. Heu pro dolor a tempe-
state. Et omnis inquit sapientia eorum absorpta est. Alii quando deficiunt om-
nia humana consilia. quacunque se quisque conuertit. fluctus fremunt tempe-
stas seuit. brachia deficiunt quo prius impingat. cui fluctui latus nudet. quo
nauis impulsa dimittat. a quib; saxis ne petat retineat. omnino arectorib; non
uidet. Quid restat. nisi quid sequitur. Et exclamauerit ad dnm cum tribulaten-
tur. et de necessitatib; eorum eduxit eos.' et impauit procellae et stetit in auram.
Non stetit in tempestate sed in aura. Et siluerunt fluctus eius. Audite de hac
re uocem cuiusdam gubernatoris. periitant. humiliati. liberati. Nolo igit uos igno-
rare fratres de pressura nra quae facta est in asia.' que super uires et super modum grauata
sum.' Video omnem sapientiam eorum absorptam.' ita ut tederet nos igit etiam uiuere.
Et quid ille. Ita deficientes desereret. Aut non propitia illi defecerunt.' ut ille
apud eos gloriam reportaret. Denique quid sequitur. Sed ipsi in nobis metipsis
responsum mortis habuimus. ut non fidentes in nobis simus. sed in deo.' qui suscitat mor-
tuos. Et impauit procellae.' et stetit in auram. Iam illi de se apud se res-